



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 Vtrum sit in irascibili, sicut in subiecto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



Cap. 29. in med. cont. 7.

perbia vitium formaliter spectat: ita contemptus precepti ex contemptu subiectionis ad Deum, actus est superbia, formaliter. Ita quod contemptus precepti ex fastidio precepti, est prius inobedientiae actus. Sed contemptus precepti ex fastidio subiectionis ad Deum, est actus superbia, cui proprium est fastidium subiectionis ad Deum. Et quod dictum est de contemptu precepti, extendendum est ad contemptum cuiuscumque alterius personae, officij &c. ex fastidio diuinae subiectionis. Semper enim huiusmodi contemptus formaliter est actus superbiae in quacumque materia sit.

In corp. art.

¶ Super Quaesitio centesima sexagesima secunda Articuli tertium.

In articulo 3. eiusdem quaestio. 162. dubia duo occurrunt. Primum est, Quo pacto superbia in litera ponitur subiectiue in uoluntate, & in appetitu sensitiuo. Pluries enim replicatur in litera, quod non solum est in irascibili proprie sumpta, sed etiam in uoluntate. Per hoc enim ostendit quod est in utraque irascibili; ac per hoc aut sunt due superbiae specie diuersae, quarum una est in uoluntate, & alia in irascibili sensitiuo: aut una superbia est subiectiue in utraque potentia.

¶ Secundum dubium est ad hominem, quia superius in praecedentis lib. quaestio. 56. articulo sexto, definitum est, quod in uoluntate nulla est uirtus moralis, quae sit propter bonum uolentis, ut sunt uirtutes circa passiones, sed iustitia, charitas &c. quomodo nunc in uoluntate ponitur humilitas, quae est circa passionem spei, & non ad alterius, sed habentis proprium bonum? idem enim est obiectum superbiae, & humilitatis, sicut uniuersaliter idem est

Mal. q. 3. ar. 3. & vir. q. 2. artic. 5. ad 30.

aliquis praeccepta diuina transgreditur: sed quoniam ex ignorantia, quoniam ex infirmitate. Et inde est, quod sicut Aug. dicit in lib. de natura & gratia, \* Multa peccata fiunt, quae non fiunt superbe.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Aug. illa uerba inducit in lib. de natu. & gratia, non ex sua persona: sed ex persona alterius contra quem disputat. Unde & postmodum improbat ea, ostendens quod non semper ex superbia peccat. Potest tamen dici quod auctoritates illae intelliguntur quantum ad exteriorem effectum superbiae, qui est transgredi praeccepta, quod inuenitur in quolibet peccato: non autem quantum ad interiorem actum superbiae, qui est contemptus praeccepti. Non enim semper peccatum fit ex contemptu, sed quandoque ex ignorantia, quandoque ex infirmitate, ut dictum est. \*

AD SECUNDUM dicendum, quod quandoque aliquis committit aliquod peccatum secundum effectum, sed non secundum affectum. Sicut ille qui ignoranter occidit patrem, committit patricidium secundum effectum, sed non secundum affectum, quia hoc non intendebat: & secundum hoc transgredi praecceptum Dei, dicitur esse contra Deum superbere secundum effectum quidem semper, non autem semper secundum affectum.

AD TERTIUM dicendum, quod peccatum aliquod potest corrumpere uirtutem dupliciter. Uno modo, per directam contrarietatem ad uirtutem, & hoc modo, superbia non corrumpit quamlibet uirtutem, sed solum humilitatem sicut quilibet aliud speciale peccatum corrumpit quandam specialem uirtutem sibi oppositam, contrarium agendo. Alio modo, peccatum aliquod corrumpit uirtutem abutendo ipsa uirtute: & sic superbia corrumpit quamlibet uirtutem, in quantum si ex ipsis uirtutibus sumit occasionem superbiendi, sicut & qui buslibet aliis rebus ad excellentiam pertinentibus. unde non sequitur quod sit generale peccatum.

AD QUARTUM dicendum, quod superbia attendit specialiter rationem obiecti, quae tamen inueniri potest in diuersis materiis. Est namque ordinatus amor propriae excellentiae: excellentiam autem in diuersis rebus potest inueniri.

ARTICULVS III.

¶ Vtrum superbia sit in irascibili sicut in subiecto.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod superbia non

fit in irascibili sicut in subiecto. Dicit enim Gregor. 23. Moral. Obstat ueritatis timor mentis est, quia dum inflat, obnubilat, sed cognitio ueritatis non pertinet ad irascibilem, sed ad uim rationalem. ergo superbia non est in irascibili.

¶ 2. Praet. Gregor. dicit 24. Moral. \* quod superbi non eorum uitam considerant, quibus se humiliando postponent, sed quibus superbiendo se praeficiunt, & sciunt quod superbia ex indubitata consideratione procedat: sed consideratio non pertinet ad irascibilem, sed potius rationali: ergo superbia non est in irascibili, sed potius in rationali.

¶ 3. Praet. Superbia non solum quaerit excellentiam in rebus sensibilibus, sed etiam in rebus spiritibus, & intelligibilibus. Ipsi autem principaliter consistunt in contemptu Dei, secundum illud Eccl. i. Initium superbiae hominis apostatare a Deo: sed irascibilis cum sit pars appetitus sensitui, non potest se extendere in Deum, & in intelligibilia: ergo superbia non potest esse in irascibili.

¶ 4. Praet. Ut dicitur in lib. 8. sententiarum Prosper. superbia est amor propriae excellentiae: sed amor non est in irascibili, sed in concupiscibili: ergo superbia non est in irascibili.

SED CONTRA est, quod Gregor. in 2. Mora. \* ponit contra superbiam donum timoris: timor autem pertinet ad irascibilem: ergo superbia est in irascibili.

RESPOND. Dicendum, quod obiectum quamlibet uirtutis, uel uirtij oportet inquirere ex proprio obiecto. Non enim potest esse aliud obiectum habitus, uel actus, nisi quod est obiectum potentiae, quae utrique subicitur. Proprium autem obiectum superbiae est aduersus. Est enim appetitus proprie excellentiae, ut dictum est. \* Unde oportet quod superbia aliquo modo ad uim irascibilem pertineat. Sed irascibilis dupliciter accipi potest. Uno modo proprie, & sic est pars appetitus sensitui: & ira proprie sumpta, est quaedam passio appetitus sensitui. Alio modo, potest accipi irascibilis largius, scilicet, ut pertinet etiam ad appetitum intellectum: cui etiam quandoque attribuitur ira, prout, scilicet, attribuitur ira Deo, & angelis non quidem secundum passionem, sed secundum iudicium iustitiae iudicatis. Et tamen irascibilis sic dicitur



reprehensatur, quoniam tantum ingenium, ut hec penetrant, & delecta in hac sua celsitudine qua multos excellunt, affectum suum animum possident a delectatione in ipsa veritate. Et propterea sciunt quod sunt diuina, & moralia, sed ne sciunt quod sapiunt. Humiles autem secreta diuina, aut nature, aut moris penetrantes, ad excellentiam veritatis cognita, & sine causa, quod est veritas diuina, se conuertunt, & in ipsa cognitione veritatis delectantur gratias agentes Deo, & conferentes suam notitiam diuinae scientiae & contemplationi, se nihil scire arbitrantur, veritatis exaltationem affectant.

In ratione ad finem eiusdem tenet articulum aduertit, quod falsa estimatio sui ponitur in litera effectus, & causa superbia. Effectus quidem, quia ex nimio amore proprie excellentiae facile aestimat, quod se excellere. Et hinc fit, ut delectentur in nostris laudibus oblati ab alijs non usquequaque veris. Causa vero, quia ex falsa sui estimatione in malis, prout in quod homo se habet ut magis excellens, & appetat aliorum, quam conueniat. In responsione ad quartum, nota uerbum superius allegatum, scilicet, Presumptio alios superari, quod proprie pertinet ad superbiam.

quomodo sint, ignorant quomodo sapiunt. Unde & Proverb. 11. dicitur. Vbi humilitas, ibi sapientia. Ad secundum dicendum, quod sicut supra dictum est, humilitas attendit ad regulam rationis rectae, secundum quam quis ueram estimationem de se habet. Hanc autem regulam rectae rationis non attendit superbia, sed de se maiora aestimat quam sint, quod contingit ex inordinato appetitu propriae excellentiae: quia quod quis uehementer desiderat, facile credit, & ex hoc etiam eius appetitus in alio refertur, quam sibi conueniat. Et ideo quacumque conferunt ad hoc, quod aliquis aestimat se supra id quod est, inducunt hominem ad superbiam, quorum unum est, quod aliquis consideret defectus aliorum, sicut contra Greg. \* ibidem dicit, quod sancti uiri uirtutum consideratione uicissim sibi alios praeferebant. Ex hoc ergo non habetur quod superbia sit in rationali, sed quod aliqua causa eius in ratione existat.

Ad tertium dicendum, quod superbia non est solum in irascibili, secundum quod est pars appetitus sensitui, sed prout communis irascibilis accipitur, ut dictum est. \*

Ad quartum dicendum, quod sicut Augustinus dicit 14. de ciuita. Dei, amor praecedat omnes alias animi affectiones, & est causa earum, & ideo potest poni pro qualibet aliarum affectionum: & secundum hoc superbia dicitur esse amor propriae excellentiae, in quantum ex amore causatur in ordinata praesumptio alios superandi, quod proprie pertinet ad superbiam.

Lib. 14. c. 7. med. & 8. & 6. com. 5.

ARTICVLVS IIII.

Utrum conuenienter a Gregorio assignentur quatuor superbiae species, scilicet, estimare bonum a seipso habere: sibi datum desuper, credere pro suis accepisse meritis: iactare se habere quod non habetur: & despectis ceteris singulariter uideri appetere habere quod habetur.

Super Questionis centesima sexagesima secundae Araculum quartum.

In artic. 4. eiusdem centesima sexagesima secundae quaest. dubium ex Martino quaest. 5. de superbia occurrit, ubi recitatur haec doctrina dicit, Hac opinio Thomae est pulchra, & bene moralis, sed tamen calumnialis multipliciter videtur. Primo, quia Gregorius non superbiae, sed arrogantiae species ponere videtur: arrogantia autem est superbiae una species. Immo Iuliano de summo bono, distinguunt eam a superbia ut speciem a specie, & dicit arrogantiam ex superbia nasci, & non e contra. Et confirmatur, quia stat aliquid esse uere superbium, & tamen nihil sibi arrogare. Probatur Theologus excellens alios notabiliter recognoscentes a Deo ex gratia scientiam habere, despicies tamen alios itaquam nihil scientes, est uere superbus, ut pore sua excellentiam contempnam amans, & tamen nihil sibi arrogat. Praeterea, si aliquis impudenter iactet bona quae habet ob amorem propriae excellentiae in contemptum aliorum, talis est uere superbus, & tamen nihil sibi arrogat. Secundo, non videtur Thomas bene fundasse istas arrogantiae species: quoniam ipse duo cum proponat in superbia inueniri, bonum, & excellentiam consequentem ad bonum, omnes species ex parte boni assignat ex triplici, aut quadruplici consideratione boni. Et ex primo modo accipit tertiam speciem, quae quis aestimat se habere bonum, quo caret. Contra, si dicitur aliquis uera de se aestimans quantum

4. diff. 48. q. 3. artic. 4. Et Mal. q. 3. artic. 4. Et 1. cor. 4. lec. 2. Et 1. Eub. 5. \* lib. 23. Moral. cap. 7. in priac.

q. 110. art. 2.

Lib. 14. c. 6. 4. com. 5.

In lib. de similit. c. 24.

In trac. de 13. grad. humilitatis in med. & de Ansepe.

AD QUARTUM sic procedit. Vt quod inconuenienter assignentur quatuor superbiae species, quas Gregorius assignat 23. Moral. \* dicens. Quatuor quippe sunt species, quibus omnis tu mor arrogantium demonstrat, cum bonum aut a semetipsis habere se aestimat: aut si sibi datum desuper credit, pro suis accepisse meritis putant: aut cum iactant se habere quod non habent: aut despectis ceteris singulariter uideri appetunt habere quod habent. Superbia enim est uitium distinctum ab infidelitate, sicut etiam humilitas est uirtus distincta a fide: sed quod aliquis aestimet bonum se non habere a Deo, uel quod bonum gratia habeat ex meritis proprijs, ad infidelitatem pertinet. ergo non deberet poni species superbiae.

¶ 1. Praet. Idem non debet poni species diuersorum generum: sed iactantia ponitur species maledicij, ut supra habitum est. \* ergo non debet poni species superbiae.

¶ 3. Praet. Quaedam alia uerba ad superbiam pertinere, quae hic non connumerantur. dicitur. Hier. quod nihil est tam superbum, quam ingratum uideri. & Augustinus dicit 14. \* de ciuit. Dei, quod excusare se de peccato commisso, ad superbiam pertinet. Presumptio etiam, qua quis tendit ad assequendum aliquid quod supra se est, maxime ad superbiam pertinere uidetur. Non ergo sufficienter praedicta diuisio comprehendit superbiae species.

¶ 4. Praet. Inueniunt alie diuisiones superbiae. Diuidit. n. \* Anselmus exaltationem superbiae dicens, quod quaedam est in uoluntate, quaedam in sermone, quaedam in operatione. Bernardus etiam ponit duodecim gradus superbiae, qui